

ne videtur exprobrare dormienti, Stulte, quid optimam vita tua partem
gaudes perdere? Non in hoc luceo ut abditi dormiatis; sed ut rebus honestis-
simis invigiletis. Nemo lucernam accendit ut dormiat, sed ut aliquid operis
agat: & ad hanc lucernam omnium pulcherrimam nihil aliud quam stertis?
Qvod sibi Philypni studiosi præcipue dictum putent. Quam-
enim seriis ipsorum studiis Aurora faveat, adeò notum est, ut fa-
vor ejus in proverbium abierit; qvod hoc loco tanquam suscita-
bulum vigilantiæ, ultimò omnium auribus appendit:

(Mantissa.)

Aurora Musis Amica.

Ἐξελιγμῷ

I.

Συλλογὴ.

Aurora ad omne opus conficiendum aptissima, ex testi-
monio Hesiodi. Ad sapientiam maximè, ex effato cœlestis
sapientie. Ex rationibus & testimoniosis Erasmi & Lotichii.
Ex exemplo Demosthenis & Ænigmate Reusneri.

II.

Ἐπίπλεον.

Quantum ad omne opus conficiendum Aurora conferat,
gravibus verbis expressit Hesiodus. lib. 2. ἐργων p. 127.

Ἡώς γέ, ait, τὸν ἐργοῖο τείτην δότουσί τε ταῖς αἴσους,

Ἡώς τοι πεφέρει μὲν ὁδόν, πεφέρει δὲ καὶ ἐργά.

(hunc versum commendat Theologis & aulis B. Philippus ad Came-
rar. in Ep.)

Ἡώς, ἡ τε Φανεῖσαι πολίας ἐπέθησε κελάνθε

Ἀνθρώπους.

Aurora enim operis tertiam sortitur partem.

Aurora tibi promovet viam, promovet laborem.

Aurora, quæ apparet multos ingredi fecit viam,

Homines.

Sed ad sapientiam omnium maximè lucranda Aurora facit. Inde
tanti passim à Poëtis habita est. Itmò apud Salomonem cœlestis sa-
pientia ipsa de se: Qui mane, inquit, vigilaverint ad me, invenient me.

C 3.

Qvod